

**APPENDICE**

Nous remplissons ici la promesse faite dans le volume IV, p. 286; et nous donnons, dans l'ordre de leur classement et de leur publication par les érudits de Bonn (1858), les principaux fragments de *Granius Licinianus*, auxquels M. Mommsen se réfère parfois dans le récit des événements qui précèdent.

Il sera facile pour le lecteur, grâce à l'indication marginale des années auxquelles ces fragments appartiennent, de les rapprocher du texte de notre auteur, alors même que dans ses notes (ce qu'il fait le plus souvent) il n'y aurait pas expressément renvoyé.

A. A.

## GRANI LICINIANI

### ANNALIUM QUÆ SUPERSUNT

#### EX LIBRO XXVI

..... animis hostem impetu acerrimo fregerunt, semet etiam devovebant ut in<sup>1</sup> ..... hostibus inmisit ..... vocabat ad consilium commune capiendum ac junctis copiis ..... equites vero plurimi auctores omittebant ..... nominabant.

De ordinibus et nominibus et numeris . . . atque militum jam in superioribus libris dixi . verum de equitibus non omittam, quos Tarquinius duplicavit ita ut priores equites binos equos in proelium ducerent<sup>2</sup> ..... Castoris et Pollucis simulacra<sup>3</sup> . . . equos habent nullos . . . Spariatæ ΑΡΝΙΔΑΣ. et quidam ἀμίππους eos dicebant, alii καλλιπίπους. appellati flexentes<sup>4</sup> a genere pensilium, quod . . . vocabant . . . ἐφίππιον . . .

<sup>1</sup> Cf. Flori, I, 9, 14 : *dis manibus se devoverit ut in confertissima se hostium tela jaculatus novum ad victoriam iter sanguinis sui limite aperiret.*

<sup>2</sup> Cf. Festus Pauli, p. 221 : *paribus equis, id est, duobus, Romani utebantur in prolio, ut sudante altero transirent in siccum. Pararium es appellabatur id, quod equitibus duplex pro binis equis dabatur.*

<sup>3</sup> De pompa equitum Castoris et Pollucis ædem prætervehentium, Dion. Hal. VI, 13.

<sup>4</sup> *Flexentes* : V. Plin. XXXIII, 35. — V. Mommsen, I, pp. 102, 124.

## EX LIB. XXVIII

A. u. c.  
591.

592.

..... mortuo fratre regnavit<sup>1</sup>. idem agitaverat bellum postea indicere Romanis, sed prohibitus dicitur ..... per paucis bonis magna miscebat vitia, incertae naturae levitatisque summae : epulis comisans intervenire, ad symphoniam nudus saltare . . . publice frequentare balneas, potare cum plebe perfusus unguentis. et asturcone pompam ducebatur. et se simulabat Hierapoli Dianam ducere uxorem et ceteris epulantibus . . . abstulit in dotem excepto . . . quem unum omnium deae donorum reliquit. Gracchus iterum [de cuius paulo antea memini] consule . . . perit nocturno. corpus ejus cum Antiochiam portaretur, exterritis subito jumentis in fluvium abreptum non comparuit . . . duos colosso duodenum cubitorum ex aere, unum Olimpio, alterum Capitolino Jovi . decoraverat et Athenis Olympion, et muros lapide . . struxerat. nam columnas aliquot . . . circumdederat . aedes nobilissima Olympii Jovis Atheniensis diu imperfecta permansit<sup>2</sup>.

..... alia miracula nuntiantur . . . Aemiliam nobilis feminam rogo inpositam tubicinum concentu ad vitam excitatam.

De Corfidiis fratribus quasi fabula est . major frater herede minore facto mortuus erat lectoque testamento revixit . a minore fratre narrat se remissum, eum petisse decies funeri suo erogaretur et locum indicasse thesauri filiamque sibi commendasse . aurum praedicto loco repertum, et frater eres repentina mortuus nuntiatur<sup>3</sup>.

Multa . . . omittenda in his historiis existimavi . nec opplandae sunt hujusmodi cognitionibus chartulae cum satis . . . usu, set gesta . . . a majoribus tantumdem opus fuit nostro corde noscere quantum memoriae tradere . .

..... se cum augurales libros legeret consules vitio creatos esse doctum, quod denuo extra pomerium auspicari debuisset cum ad habenda in campo comitia contenderet, quoniam pomerium finis esset urbanorum auspiciorum . se

<sup>1</sup> De Antiocho Epiphane (IV, p. 35) Gran. Licinianus, credo, hic loquitur.

<sup>2</sup> Aedes — permansit. Haec verba inserta videntur ab eo qui post Hadrianum libros Grani in compendium rediget.

<sup>3</sup> Cf. Varr. apud Plinium VII, 177.

A. u. c.  
592.

verò in villa Scipionis tabernaculum posuisse et quom ingredieretur pomerium<sup>4</sup> . . .

..... de P. Lentulo qui] erat consul cum Cn. Domitio non fuit omittendum, nam clarus vir fuit et rem publicam juvit . ei prætori urbano senatus permisit agrum Campanum quem omnem privati possidebant coemeret ut publicus fieret<sup>5</sup>. et possessores Lentulo concesserunt pretia constitueret. nec feffellit vir æquus, nam tanta moderatione usus est, ut et rei publicæ commoda et possessorum temperans . . . jugerum milia quinquaginta coemeret<sup>6</sup>. agrum . . . divisum . . . et eum indicto pretio locavit . et multo plures agros . . præpositus reciperavit formamque agrorum in æs incisam ad Libertatis fixam reliquid, quam postea Sulla corrupit . idem tamen dotem filiæ dedit sestertia XXV.

Verum Antiochi Epiphanis regnum senatus filio Antiochi Antiocho puero adtribuit, qui paulo post εὐπάτωρ appellatus est . id Demetrio Seleuci filio qui datus obses a patre erat potentis negabat, cum ille se et puerulum Romam venisse et aetate majorem esse ad annos XXIIII prædicaret : patriam sibi etiam Romam esse, senatum parentem . et cum haberet . . .

## EX LIB. XXXIII ?

643.

..... vocitati . et M. Aurelium Scaurum consularem virum ceperunt equo dejectum<sup>7</sup>. nam is vocatus in concilium ab is nihil indignum viro romano, qui tantis honoribus functus erat aut fecit aut dixit . itaque imperfectus est cum posset effugere . et nec ipsis potentibus ducem se tradere

<sup>4</sup> Cf. Ciceronem, *de nat. deor.* II, 4 : (Tiberius Gracchus consul iterum) post ex provincia literas ad collegium misit se, cum legeret libros recordatum esse vitio sibi tabernaculum captum fuisse hortos Scipionis, quod cum pomerium postea intrasset habendi Senatus causa, in redeundo cum idem pomerium transiret, auspicari esset oblitus : itaque vitio creatos consules esse.

<sup>5</sup> « Cum a majoribus nostris P. Lentulus qui princeps senatus fuit in ea loca missus esset, ut privatos agros qui in publicum Campanum incurrebant pecunia publica coemeret, dicitur renuntiassese. » Cicero de lege agr. II, 82. Momms. V, p. 36.

<sup>6</sup> Cic. ad Att. II, 16 : « omnis expectatio largitionis agrariae in agrum Campanum videatur esse derivata, qui ager ut dena jugera sint non amplius hominum quinque milia potest sustinere ». Momms. V, p. 36.

<sup>7</sup> « M. Aurelius Scaurus legatus consulis a Cimbris fuso exercitu captus est et cum in concilium ab eis advocatus deterret eos ne Alpes transirent Italiam petituri eo quod dicaret Romanos vinci non posse, a Bojorige feroci juvene occisus est. » Liv. periach. LXVII.

sustinuit verecundia ut amissō exercitu īcolumis esset. qua victoria Cimbrorum territus Manlius consul litteris supplicibus cum Cæpionem orasset ut copiis junctis simul et exercitu ampliato Gallis resisterent impetrare non potuit. et cum Rhodanum trajecisset et apud milites gloriatus esset timenti consuli se auxilium laturum, ne communicare quidem cum eo consilium belli gerendi voluit, nec legatis quos senatus miserat ut concordes essent simulque rem publicam juvent auscultare dignatus est. Cimbrorum etiam legatos pacem volentes et agros petentes frumentumque quod sererent, ita contumeliose submovit, ut desperata pace adorerentur postero die castra ejus non longe a Manli castris constituta. neque adduci potuit, cum non multo abesset, ut exercitum jungeret. et maxima pars exercitus deleta est.

A. u. c.  
649.

..... eo convenerant ..... quot reliqui fuerunt ...  
... militum calonumque <sup>1</sup> non minus semul periisse existimantur ..... consules et equites romani .....

## EX LIB. XXXIIII ?

649.

..... matrona quædam quasi mente commota sedit in consilio Jovis. itaque lustratum est denuo Capitolium. et in Sabinis Martis signum in caput devolutum nuntiatur. et die quodam ante ludos qui futuri erant cum tubicines apud aram concinerent, angues nigri subito apparuerunt neque ante inter se concurrere et morsibus multis invadere desiverunt quam tubicines conticuisserint, nec usquam derepente apparuerunt <sup>2</sup>. Aliquod matronæ eodem somnio monitæ una eademque nocte decem sestertia sacris præstiterunt hocque sacrificatum aliquotiens. et carmen in deos a vate compositum nobilissimi pueri concinuerunt.

651.

[Cn. Manlius ob eamdem causam quam et Cæpio L. Saturnini rogatione e civitate plebiscito ejectus.]

649.

Rutilius consul collega Manli [hoc anno Cn. Pompeius natus

<sup>1</sup> Discrepat Livi perioch. LXVII. « Militum milia octoginta occisa, calonum et lixarum quadraginta secundum Arausionem. » Nec dubium quin de eadem pugna locutus sit hic Granius.

<sup>2</sup> « Trebulæ Mutuescæ antequam ludi committerentur canente tubicine angues nigri aram circumdederunt, desinente cantare dilapsi. postero die exorti a populo lapidibus executi. foribus templi adapertis simulacrum Martis ligneum capite stans inventum. » Julius Obsequens, 42.

est — solus superiore ponit — æque adque Cicero] cum metus adventantium Cimbrorum totam quateret civitatem jus jurandum a junioribus exegit, ne quis extra Italiam quocquam proficeretur. missique per omnes oras Italiae adque portus qui prædicerent, ne ulli minorem XXXV annorum in navem reciperent.

## EX LIB. XXXV

A. u. c.  
667.

..... ipsum facere nisi quod illa evasisset. placuit et quod numquam alias, pro collegio quid in libris fatalibus scriptum esset palam recitare. constabat notari carmine, Cinna sexque tribunis patria pulsis tranquillum otium et securitatem futuram.

Referam auspicium et superiore casu Mario oblatum. nam cum conclave fugiens barbarus apertum reliquisset, egressus videt asellum forte abjectis cibariis aquam petere. idem sibi præcipi ratus oraverat ut se ad mare deducerent at vix evaserat.

Is ergo cum mille circiter Numidis collectis ad Cinnam navi pervenit . . . profectus. et ex Hispania Brutus ceterique exules ad eum confluxerunt. et cum deformis habitu et cultu ab is videretur qui eum florentem victoriis norant supplicemque se omnibus quasi oppressus ab inimicis commendaret, mox legionem voluntariorum conscripsit, Cinnæque tradidit milites et præcepit ut Sertorio et Papirio itemque Milonio traditis exercitus partibus quam celerrime ad urbem veniret quam desertam videret. Cinnæ successum hoc est a Pompeio qui si prompta voluntate, antequam ille valere cœpit, rem publicam opportune adjutum vellet ire, facili negotio eum oppressisset. interea subrepserat Marius in Ostiensem portum ubi <sup>1</sup> . . . cum ad noctem usque mansisset, Ostia urbe potitur per Valerium cuius equites præsidebant. nec Pompeius a Sertorio bellum abstinuit sed palam pugnavit. et frustra legati ultro citroque missi sunt, cum se Cinnæ superiorem existimaret. Marius cum suis Janiculo potitur multis occisis. qui . . . jugulati sunt. et Octa-

667.

<sup>1</sup> Non a quo portu profectus sit Marius Granius videtur indicasse (Cercinam nominat Plutarch., Mar. 40: V. item Appian. bell. civ. I, 62: διεγέμαζεν ἐν τῇ Θαλάσσῃ μικρὸν ὑπὲρ Λιθίνης ἀνα ἐν τοῖς Νομάδων δρόσες), sed ad quem appulit (Ostiensem scilicet), unde probabiliter Telamo significatur.

vius acceptis sex cohortibus a Pompeio . . . ibi Milonius occiditur, ceteri submoventur quos subsidio Milonio Sertorius miserat. Ceciderunt Octaviani sex milia et senator unus Æbutius, adversariorum septem milia. Potuit capi Janiculum eodem die, nisi Pompeius ultra Octavium progrederi passus non fuisset — et ut Crassum revocaret impulit — ne ante debellaretur quam comitia conficerentur, ut eum magistratum ipse invaderet, qui timebatur. nam et Metelli castra in propinquo erant, quem Catuli duo et Antonius senex legati ut patriae subvenirent oraverant.

Bello quod inter Pompeium et Sertorium fuit ignobilis quidam miles Pompei dum spoliat hostem fratrem adgnovit. extracto rogo dum justa persolvit multa inprecatus gladio se trajecit. maximumque omnibus præsagium<sup>1</sup> belli civilis casus hic obtulit mentesque mutavit, nec quisquam omnium a lacrimis potuit temperare.

A. u. c.  
667.

Nolani progressi oppidum Abellam incenderunt. Marius Servilium apud Ariminum fugat, paucos occidit, reliquos quos corrupuerat accipit in deditio[n]em. senatusque per Metelli legatos consultus de voluntate Samnitium qui se negabant aliter in pacem venturos, nisi civitas ipsis et perfugis omnibus daretur bonaque redderentur, abnuit dignitatem antiquam præ se ferentibus patribus. quibus cognitis Cifna per Flavium Fimbriam in leges quas postulabant eos recepit et copiis suis juncxit.

Nec desinebat Pompeius interim miscere omnia. et cum senatu videretur aversari omnes exules maximeque Cinnae causam, suasit tamen ut legati a Cinna missi tuto reciperentur. et clam cum Cinna consilia sociabat et Octavio detegebat. deditio[n]is omnibus civitas data, qui polliciti multa milia militum vix XVI cohortes miserunt. et pestilentia vastatus exercitus ita ut ex Octavianis partibus decem et septem milia hominum deperirent. Pompeius minus validus cum in lecto decumberet orta tempestate et ipse fulmine adflatus est et culmen tabernaculi dissipatum. nec spem vite ostendit. Itaque per aliquod dies exercitus sine duce fuit. et quia sanari non posse videbatur, decretum est ut C. Cassius in castra missus exercitum susciperet, dum ille convalesceret. ad quem Pompeius nuntium repente se erigit . . . et adulescentes Pompeio . . . Tertium post diem Pompeius

<sup>1</sup> Cf. Vell. Patrc. II, 57: « Cum quidem plurima præsagia atque indicia di immortales futuri obtulissent periculi. »

mira tabe obit . ejus funus populus . . . diripuit<sup>1</sup> mortu- umque ferro percussum per cænum trahere non destitit, omnibus consentientibus dignam cælo pœnam et perfidiæ et avaritiæ nequissimum hominem expendisse. sed patres et tribuni repressa multitudine cadaver super ingestis texerunt vestibus . traduntque auctores in lecticula vulgariter eum elatum sepulturæ datum.

Pompeianos Octavius in sua castra traducit . et copias Metellus contra Cinnam duxerat cum milites repente ordinibus totis clamore exercitum Cinnae salutant ac resalutantur. territus re nova Metellus exercitum reducit atque ipse inter primos ad Cinnam de pace legatus profectus est . . . regresso Crasso . . . ac jurgante cum Metello . . . Fimbria prælio infelici ter devicto neque occiso cum Metellus . . .

A. u. c.  
669.

. . . Sulla Athenas reversus in principes seditionis et noxios animadvertisit violentius necatis reliquis . . . et quinquaginta milia peditum equitumque cum Dorilao . . . mittit et quadrigas falcatas septuaginta eis addit. Archelaus septuaginta circiter milia . . . collegerat . . . longis navibus insulas vastabat . primo fugati Pontici et Archelai filius occisus, deinde fuga suppressa præfectorum imperio continebantur. sed ociosus impetus factus et milites nostri castra capiunt, hostium multitudinem innumerabilem concidunt, amplius XXV milia capiunt quæ postea sub corona vénierunt. Archelaus parvulo navigio Chalcidem deportatur.

Regi qui Abderæ præsidebant captis Philippis dilabuntur. Colloquium Sullæ et Archelauo in Aulide fuit et condiciones impositæ, si rex pacem mallet. quibus ille tandem paruit. nam et Fimbriæ adventum timebat ut mox ordine indicabo, et se de conventis nihil novaturum Sulla prædixerat. fuerunt autem haec: Archelaus classem traderet Sullæ, rex insulis omnibus, Asia, Bithynia, Paphlagonia decederet, item Gallogrecis; Q. Oppium et M. Aquilium legatos redderet; item ceteros omnis captivos quorum non parvus numerus erat dimitteret. in primis excepti Macedones quorum fides insignis fuerat. ut uxores et liberi redderentur; præterea naves LXX tectas instructas sociis daret et frumentum eis et stipendum ipse præstaret. his ipse Mithridates cum Sulla apud Dardanum conpositis reliqua classe [gratia P. R. reconciliata Ariobadianen ut servum respuit] in Pontum proficiscitur. ac dum

<sup>1</sup> Cf. J. Obsequens: « Ipse Pompeius afflatus sidere interiit. Lectum ejus populus diripuit, corpus unco traxit. »

de condicionibus disceptatur Mædos et Dardanos qui socios vexabant Hortensius legatus fugaverat. ipse Sulla exercitum in Mædiam induxerat prius quam in Asiam ad conloquium transiret. quo Dardanos et Denseletas Scordiscosque qui Macedoniam vexabant in ditionem recepit.

A. u. c.  
669.

Ephesi causis cognitis principes belli securibus necat, civitates pecunia multat, oppida... redigit in suam potestatem. Nicomedi regnum Bithiniæ restituit qui post est appellatus Philopator . comis et mansuetior . . . . . invidiose exequatur satis exercitus in priore fortuna . nam postquam Nicomedes Evergetes, qui est ita dictus quod beatos egentes faciebat multosque beneficiis suis alliciebat, non fuit uno isto filio contentus quem ex Aristonica legitimum procrearat, tollit ex concubina Hane Sicheana alterum Socraten nomine mulieremque Cyzicum cum Socrate et quingentis talentis ablegat. sene mortuo, incertum an veneno, Nicomedes filius succedit . . . . matre sororem patris ducit uxorem . . . . post mortuast morbo an dolo, Nisam Ariarathis Cappadocum regis filiam accepit. hanc Socrates ad regem refert bellum contra fratrem incitavisse . exceptus a rege munifice Chrestus etiam quasi meliore nomine ab eodem vocatus Romam ad regnum expetendum frustra profectus Cyzicum reddit: nam redire ad regem pudor prohibuerat. ibi avaritia cædem suadente occisa sorore insequentibus Philopatore simul et Cyzicenis Eubœam venit, ubi apud Cornelium quandam equitem romanum divertitur . satis benigne exceptus . . . ejus filio adulescenti . . . . scelera discere . . . .

## EX LIB. XXXVI

673.

. . . . . admonitus contenderi refugit. et Pompeius annos natus XXV eques romanus, quod nemo antea, pro prætore ex Africa triumphavit III idus martias. quidam memorant eum . . . . urbem ingredi . . . . elephantis ad currum junctis . . . .

674.

Et Murena ex Asia triumphavit.

Et Valerius Flaccus ex Celtiberia et Gallia.

Et Licinius et Terentius Luculli fratres aediles curules munere suo taurorum prælium adversus elephantes dederunt. id ante Claudio aëdilis in circo ludis circensis exibuerat.

Et Volaterrani se Romanis dediderunt ante occiso per seditionem lapidibus Carbone prætorio quem Sulla præficerat.

is Cn. Carbonis frater fuit et proscriptos ex oppido dimiserat, quos equites a consulibus Claudio et Servilio missi conciderunt [jam ante anno superiore].

A. u. c.  
675.

Et Samnites qui Nolæ erant idem fecerant metu obsidionis. Papiusque Mutilus inde fugiens, quom ne ab uxore quidem Bassia noctu Teani recipetur, quod erat in proscriptorum numero, usus est pugionis auxilio.

Data erat et Sullæ provincia Gallia cisalpina . . . .

676.

. . . . . condi corpus jusserset, non comburi . sed L. Philippus cremandum potius censuit, ne idem Sullæ eveniret quod C. Mario, cuius corpus milites inimici extractum monimento disjecerant. itaque justitium fuit matronæque eum toto anno luxerunt. in campo Romæ sepultus est amplissimo funere elatus magna populi frequentia . cuius rogo quom ignis esset inlatus, non mediocris imber est insecurus.

Sallusti opus nobis occurrit, sed nos ut instituimus moras et non urgentia omittemus. [nam Sallustium non ut historicum scribunt, sed ut oratorem legendum] nam et tempora reprehendit sua et delicta carpit et convitia ingerit et dat in censem loca montes flumina et hoc genus alia et culpat et comparat disserendo<sup>1</sup>.

676.

Verum ubi convenerant tribuni plebis consules uti tribuniciam potestatem restituerent, negavit prior Lepidus et in contione magna pars adsensast dicenti non esse utile restitu tribuniciam potestatem . et extat oratio . et legem frumentariam nullo resistente . . . est ut annonæ quinque modii populo darentur et alia multa pollicebatur: exules reducere, res gestas a Sulla rescindere, in quorum agros milites deduxerat restituere. Fæsulanî inruperunt in castella veterorum Sullanorum et compluribus occisis agros suos receperunt et se senatu defendebant . . . . et consules dato . . . in Etruriam profecti sunt . . . . sed quom arma eodem comportarentur . . . neque segnior Catulus . . . . preces senatus conjunxit execrationibus maximis ne ulla ultro arma moverent umquam . . . . nam erat natura turbulentus et inquietus . . . pecuniamque in ærarium . . . .

<sup>1</sup> Mira hœc de Sallustio historiographo Grani sententia!